

## MILDENFURT B.M.V. et St. Vitus

Mil-, Milde-, Mildenvorde, -furth, -vord, -forte, -furt, -vörde, -phurdium, Weida, Wida.

Prope oppidum Weida, quondam in ducatu Sachsen – Weimar – Eisenach (Thuringia) in regione dicta „Vogtland“. Dioc. Naumburg, nunc Fulda.

Praepositura, fundata apud antiquam ecclesiam parochialem anno 1193 ab Henrico Advocato de Weida (Vogt Heinrich der Reiche). Filia B.M.V. Magdeburgensis. Non videtur fuisse mon. duplex, habuit tamen hospitale usque ad finem. Parochiae incorporatae: Veitsberg-Mildenfurt, Altstadt Weida, Döhlen, Niehra, Fricßnitz, Tschirma, Culmitsch et Rüdersdorf. Quas videtur saeculis XIV et XV ad tempus saltem canonicis suis administrasse, immo parochias saeculares pluries suscepit. Sed postremo canonicos suos retraxit et Veitsberg soli excurrere providebat, quod iam fecerat ab initio. Praeter curiam Mildenfurt habuit etiam duas alias in Wünschendorf et in Deschwitz. Habuit considerabilem bibliothecam, quae integra conservata est in Bibl. Universitatis Jenensis. Anno 1313 canonia de jure se aggregavit Ordini Cisterciensi, quod vero de facto non est exsecuta. Anno 1457, cum esset reformata, habuit 33 canonicos. Abhinc usque in finem bona ibi viguit observantia. Ab anno 1526 Elector Saxoniae studuit conventum a fide detrudere, sed in cassum. Anno 1529, cum habuit adhuc 10 religiosos, coenobium sequestratum est, anno 1533 locatum. Anno 1536 vixerunt ibi adhuc 4 canonici religioni votisque suis fideles. Duo eorum emigrarunt in Teplam (Cir. Bohemiae), ubi nomina eorum necrologio Chotesoviensi inveniuntur inserta. Mildenfurt anno 1544 est alienata.

Ecclesia, apud quam fuerat peregrinatio ad Stum. Livinum, et quae habuerat longitudinem 72 metrorum et tres turres, erat ex pulcherrimis templis styli romanici in Thuringia. Ab anno 1556 vero mutata est in domum habitationis, et adeo mutilata, ut vix tamquam pristina ecclesia recognosci potest. Superest pars monasterii, continens capitulum et refectorium. Ab anno 1617 Mildenfurt erat praedium camerale, hodie in aedibus eius est asylum senium.



Archivalia: LHArch Weimar: 36 dipl. 1269/1544, 120 fasc. acta 1442/1558, copiae chartarum ab an. 1209 – LHArch Dresden: 2 dipl. et 2 copiae 1209/1527

Bibliographia: BACKMUND MaGSchr 136/42 – DEHIO I 275 – DOBENECKER cf. ind. – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 150 – HUGO II 285, 1161 – LEHFELDT VOSS Heft XXV Sachsen Weimar Eisenach V, 1897 – POTTHAST 11387 – RegImp V 14774 – RepGerm IV 499 – WÄEFLGHEM 167, 318 – ZAK PAM – F. ALBERTI, Veitsberg, Mildenfurth u. Cronschwitz (Jber Voigtländ. Altertums-Ver. Hohenleuben 1844, 68/115) – G. ASTER, Aus des Klosters Mildenfurth vergangener Zeit, Gera 1882 – C. G. BRANDIS, Ein altes Bücherverzeichnis aus Mildenfurth, in: Beitr. z. Thüring. u. Sächs. Geschichte (Festschr. f. O. Dobenecker) Jena 1929, S. 183/89 – B. SCHMIDT, Arnold v. Quedlinburg und die ältesten Nachrichten zur Geschichte des Reußischen Hauses. Jenaer Diss. in ZVThG N. F. Bd. 3 (1883) 399/498 – IDEM, Weida unter den ersten Vögten aus dem Stamm der Heinrichinger, in: Weidaer Geschichtsblätter, Heft 3 (1922) S. 3/22, 5 (1923) 3/30 – R. DIEZEL, Das Prämonstratenserklöster Mildenfurth bei Weida, in: „Beiträge zur thüring. Kirchengeschichte“ V, Jena 1937 – R. DIEZEL, Die Archive der vogtländischen Klöster, in: Das Thüringer Fahnlein, VII (1938), Heft 9 – W. FLACH, Die Urkunden der Vögte von Weida, Gera und Plauen bis z. Mitte des 14. Jhs., Greiz 1930 – R. HERRMANN, Weidaer Kirchengeschichte 1150–1550, Weida 1934 – A. HILPERT, Die Sequestration der geistlichen Güter in den kursächsischen Landkreisen Meißen, Vogtland u. Sachsen 1531–43, in: Mittlgn. d. Altert. Vereins Plauen XXII (1912) S. 1/136 – G. Ch. KREYSIG, Diplomatische Annalen des Mönchenklosters Regelordens zu Mildenfurth in Voigtland, in: Beyträge zur Historie derer Chur- und Fürstl. Sächs. Lande, Altenburg 1756 1756, III 251/67 – P. E. RICHTER/C. KROLLMANN, Wilhelm Dilichs Federzeichnungen kursächsischer und Mainzischer Ortschaften aus den Jahren 1626/29 (Schriften der kgl. sächsischen Kommission f. Gesch. II, Dresden 1907, Nr. 26) – W. SCHLESINGER, Kirchengeschichte Sachsens im Mittelalter II, Köln 1962, 237/39 – B. SCHMIDT, Das Weihefest der Klosterkirche zu M. (ZVThG N. F. 9 (1895), 677/79 – IDEM, Urkundenbuch der Vögte von Weida . . . sowie ihrer Hausklöster Mildenfurth (Thüring. Geschichtsquellen NF I 1122/1356, II 1357/142, Jena 1885/92 – IDEM, Geschichte des Reußenlandes, 2 Bde. cf. ind., Gera 1923/27 – N. SCHUMANN, Vollst. Staats-, Post- und Zeitungslexikon von Sachsen, Zwickau 1814 ff., V 491/93 – M. SEYFARTH, Die Baudenkmäler in der Umgebung Weidas (Blätter für Heimatgeschichte 1935, 129/35) – IDEM, Ein Brief von 1452 über die Brau- und Bierschankgerechtigkeit des Klosters M. (Weidaer Geschichtsbll. XII 1936, Nr. 5) – A. F. VÖLKEL, Kloster M., in: „Unser Vogtland“ II 1896, 163/72 – K. WALTHER, Das alte Weida mit seinen Kirchen und Klöstern, in: 58/59. Jahresbericht des Vogtländ. Altert. Vereins Hohenleuben 1888/89 – Fragmentum Necrologii (1270/80) ed B. SCHMIDT in operibus supra citatis nempe Arnold v. Quedlinburg p. 94/95 et Urkundenbuch d. Vögte I Nr. 33.

#### Series Praepositorum (Diezel)

Berthold 1193–1217	Heinrich 1278
Siboto 1238	Friedrich v. Clodra 1287
Konrad ca. 1259/60	Johannes 1313/15
Heinrich 1263	Ulrich 1319
Konrad ca. 1263/78	Johannes v. Mosen 1328

Konrad v. Mosen 1351/62	Heinrich 1452
Luthold v. Teichwitz 1379	Peter Kremer 1457 res.
Johann Zwenumbein 1379	Johann Göttingen (postulatus
Hermann von Hogenist 1° 1413/32	ex Magdeburgo B.M.V.) 1462–83
Gernold Wartenberg 1440/42, res.	Wolfgang Herschel 1483–87
Hermann v. Hogenist 2° 1442/45	Bernhard Sternwigk 1487–95
Burkhard Witzeleuben 1449/51	Konrad Berger 1495–1536

PÖHLDE SS. Joannes Baptista et Servatius; postremo SS. Mauritius  
et Severinus

Palithi, Palidum, Palide, Polide, Polede, Pholede, Polde, Polethe, -lidhe,  
-lithen v. Poldeum.

In districtu Osterode am Harz, Prov. Hannover, Dioc. Mainz, nunc Hildesheim.

Praepositura, fundata inter annos 946 et 50 pro monachis O.S.B. a Sancta Mathilde regina, anno 981 ab Ottone III Imperatore donata est sedi Magdeburgensi. Norbertus, fundator ordinis, tamquam archiepiscopus anno 1129 monachis relaxatis substituit canonicos ordinis sui e canonia B.M.V. in metropoli sua Magdeburgensi. Anno 1263 adhuc fuit monasterium duplex<sup>1</sup> Filiam genuit unam, nempe Ilfeld. Parochiae incorporatae. Göttingen, St. Alban, Hattorf, Westerode, Herste, Wöldershausen, Roringen, et capella in Werxhausen. Canonicus quidam Theodorus circa annum 1182 hic scripsit celebres „Annales Palidenses“, quae sunt magni momenti pro historia Saxoniae. Circa annum 1534 est suppressa canonia, religiosi emigrarunt in vicinum oppidum Duderstadt, in territorio electoris Moguntini situm. Ibi elegerunt adhuc unum praepositum, cuius post mortem an. (1575) communitas exstincta est. De aedificiis nihil superest.

Archivalia: Univ. Bibl. Göttingen: MS Histor. 1, XXIV pp. 24/226 (copiae chartarum an. 853/1519, ex cartulario amisso, Nr. 333 ff. 8/331: Annales) – Pauca supersunt in StA Hannover – Annales Palidenses (Bodleian Library Oxford) non multum praebent pro historia canonicae. De ubera litteratura de illis vide BACKMUND l.c.

Bibliographia: BACKMUND MaGschr 128/35 – DEHIO II 175 – DOBENECKER II/IV cf. registra – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 152 – GOOVAERTS I 139, II 91, IV 250 – HAUCK III 3/3 143, 1011, IV 2 360 – HOOGEWEG Niedersachsen 109 – HUGO II 575, prob. 382/89 – ISRAEL/MÖLLENBERG Nr. 94, 192, 217, 283, 307 – JW 8010 – JbDG Friedrich I 768 – KAHL 1003 – KÖHLER Ilf. Reg. cf. ind. – LEHMANN/BROCKHAUS

<sup>1</sup> DOBENECKER III 3138.

1137/38 – LThK VIII 341 – MITHOFF II 177 – MGH Chron. Gratiae Dei SS XXII 690 – MÜLVERSTEDT RA Magd I 1222, III 327 – RegImp V 3941, 5064, VI 1, 2282 – WAEPELGHEM 197, 379 – ZAK PAM – G. BODE, Urkundenbuch der Stadt Goslar (Gsch. Quellen der Prov. Sachsen 29/32) I Halle 1893, Nr. 457, II *ibid.* 1896, Nr. 136) – B. BUNTE, Über den ehemaligen Güterbesitz der Klöster Pöhlde und Elten in friesischen Gebieten, (Jb d. Gesellsch. f. Bildende Kunst Emden XII, 1897, 145 ff.) – W. GORGES/F. SPEHR/N. FUHSE, Vaterländ. Geschichten und Denkwürdigkeiten der Lande Braunschweig und Hannover (Braunschw./Hann. 1925/29) II 229/32 – H. HOOGEWEG, Urkundenbuch des Hochstifts Hildesheim und seiner Bischöfe II 106, IV (1905) Nr. 549 – J. JÄGER, Urkundenbuch der Stadt Duderstadt bis z. J. 1500, Hildesheim 1885, Nr. 193, 407 – K. JÄNICKE, Urkundenbuch des Hochstiftes Hildesheim, Leipzig 1896, Nr. 447, 582 – D. JANKOWSKI, Germania Benedictina VI, Norddeutschland, München 1979, 404/420 – J. G. LEUCKFELD, Antiquitates Poeldenses, Wolfenbüttel 1707. – G. MAX, Geschichte des Fürstenthums Grubenhagen, Hannover 1862, II 163 ff., 189 – A. SCHMIDT, Urkundenbuch des Eichsfeldes I (Gesch. Quellen der Provinz Sachsen N. R. Bd. 13, 1933) cf. *ind.* – Über das ehemal. Kloster P. (Hannoversches Magazin 1843, Stück 34, S. 265, 273, 281) – J. WOLF, Geschichte und Beschreibung der Stadt Duderstadt, Göttingen 1803, Urk. Nr. 78 et *passim* – O. ZANDER, Historische Streifzüge durch den Südwestharz, Herzberg-Pöhlde 1979 – Annales Palidenses edd. MGH SS XVI 49/98, germanice apud WINCKELMANN in Gesch. der Deutschen Vorzeit XII Jahrh. Bd. XI 1863, cf. WATTENBACH II 6, 435/39 et BACKMUND o. c.

#### Series praepositorum (StA Magdeburg)

Nomina et annos inter parentheses positos novimus ex LEUCKFELD tantum ceteros vero ex cartulariis publicatis.

Abbates OSB: Gisalhar 983, Alfker 1002/05, – Praepositus (OSB vel cuiusdam ecclesiae collegiatae?): Gerhardus 1108

Konrad ante 1147	(Luprandus 1325)
Rokerus 1156/63	(Gerbertus 1338)
Olricus 1186/90	(Heinrich von Northeim 1352)
Johannes (1200), 1212/26	Hartmann 1386/91
Herwicus 1228/42 (1254)	(Hermann v. Seulingen 1391)
Johannes 1258/63? (1264)	Ernst v. Hagen 1425/41 res.
Bertram 1260/88 (1290)	Heinrich Barcken 1446/53 intrusus <sup>2</sup> . Simul cum eo:
Otto 1291	Heinrich Helmoldt sive Knochenhauer 1441/53
Johannes 1295	Henning Hartmann ante 1493
Otto 1298	Johannes Bambel 1493/1505 res. <sup>3</sup>
(Bruno 1301)	
Gerhardus 1320	

<sup>2</sup> KÖHLER *Ilf. Reg.* 487.

<sup>3</sup> Johannes Bambel sive Bommel (quod est prohabiliter locus eius originis in Neerlandia) illegitime ad resignationem coactus, obtinet pensionem an. 1507 (Jöster Urkb. Nr. 687).

Henning Wulff 1505/12  
Goswin 1512/15  
Hermann Vollbrecht 1515/22

Werner Schmitgen (Schmedichen)  
1522/30  
Simon Geilhard 1530/34

#### QUEDLINBURG SS. Wipertus et Jacobus

Quedeline-, Quidelinge-, Quiddelen-, Quedelinge-, Kidilingeburg, -borch, -burch; Sti. Wigberti, Wiperti.

Civitas in Prov. Sachsen, quondam sedes percelebris abbatae imperialis canonissarum saecularium. Dioc. Halberstadt, nunc Paderborn.

Praepositura. Perantiqua ecclesia parochialis ad Stum. Jacobum, juxta curiam regiam, circa annum 800 tradita est abbatae Hersfeldensi O.S.B. Anno 936 ampliata est in ecclesiam collegiatam a sancta Mathilde regina. Inter annos 1139 et 46, mediante Beatrice abbatisa Quedlinburgensi, haec ecclesia tradita est ordini nostro. Primi religiosi venerunt e Cappenberg, vel Scheda.

Saeculo XII formavit ad tempus cum aliquibus praepositis westfalicis (Scheda, Varlar, Cappenberg, Vide supra) congregationem quandam<sup>1</sup>, sed mox se aggregavit circariae Saxoniae, et subfuit paternitati B.M.V. Magdeburgensis. Canoniam, quae habuit ius decimarum super integram civitatem, possedit hospitale, et decem ecclesias incorporatas, nempe: Westendorf, Sülten, Marsleben, Kleinbörnecke, Mecklenfeld, Ekstedt, Brockenstedt, Schmon, Letenstedt. Patrocinium Sti. Wigberti anno 1163 prima vice commemoratur. Saepius quam alibi severa reformatio disciplinae erat necessaria, ut verbi gratia iam anno 1277. Saeculis XIV et XV erat in statu collapsus totalis, sed anno 1451 ab Joanne Busch est reformata.

Anno 1336 in bello, et anno 1525 a rusticis est devastata. Anno 1547 suppressa est ab abbatisa principe. Ecclesia magna et pulchra dein facta est lutherana, sed ab anno 1816 erat profanata in horream. Anno 1959 optime est restaurata tamquam ecclesia parochialis catholica. Pulchra crypta Sti. Wigberti e saeculo nono semper conservabatur ut monumentum. Clastrum cum bonis versum est primo in praedium abbatae canonissarum, quae ad lutheranismum transierant, quae et tentamina Ordinis, canoniam recuperandi anno 1630, frustraverunt. Hodie est proprietas privata, sed de antiquis aedibus fere nihil superest.

Archivalia: LArch Magdeburg: 172 dipl. 1146/1525, et multa acta commixta cum illis abbatae canonissarum – LArch Dresden 2 dipl. 1266/1628.

<sup>1</sup> v. BAUERMANN. IDEM factum est, ante partitionem ordinis in circarias, in Steinfeld (v. Supra).

Bibliographia: BACKMUND MaGSchr 136/42 – BERGER 5071 – DEHIO I 100 – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 154 – HEGEL cf. ind. – HUGO I 507, II 1171, prob. 727/31 – JL 8058, 13479 – KÖHLER If. Reg. cf. ind. – LEDEBUR 58 – LThK VIII 582 – MGH Ep. Sel. III 468 – POTTHAST 1348, 1349, 3031, 4060, 14197, 18896 – PRESSUTTI 2506 – Reg. Clem. IV 1618 – Reg. Imp. V cf. ind. – Rep. Germ. IV 1246, 1253 – WAEFELGHEM 203 – ZAK PAM 13 – J. BAUERMANN, Die Anfänge der Prämonstratenserklöster Scheda und St. Wiperti in Quedlinburg. In: JHKSA VII (1931) 236/52 – A. BRINKMANN, Bau- und Kunstdenkmäler der Stadt Qu., in: Kdm. Sachsen, Heft 33 (Berlin 1922) S. 148/71 – A. v. ERATH, Codex Diplomaticus Quedlinburgensis, Francofurti 1764 (profert fere omnia diplomata) – C. ERDMANN, Beiträge zur Geschichte Heinrichs I (Sachsen und Anhalt XVII 1943) – J. GAU/H. FRITSCH, Geschichte des vormaligen Reichsstiftes und der Stadt Qu., 2 Bde. Qu. 1828/29, I 238 ff. – K. JANICKE, Urkundenbuch der Stadt Qu. (Bd. 2 der Gesch. Quellen v. Sachsen Anhalt, Berlin 1873/82) cf. ind. – F. E. KETTNER, Kirchen- und Reformationshistorie von Qu. und dessen Klöstern, Qu. 1710 – S. KLEEMANN, Quedlinburgische Geschichte, 10. Aufl. Qu. 1927 – H. LORENZ, Quellen zur Geschichte Quedlinburgs vom 15. Jahrh. bis zur Zeit Friedrichs d. Großen (Bd. 44 der VLF, GSA) 1916 – P. J. MEIER, Die Kirchen in Qu., Qu. 1932 – G. A. v. MÜLVERSTEDT, Hierographia Quedlinburgensis (ZHarzGA, Bd. 2, 1869, H. 3, 78/91, H. 4, 58/71) – E. RANKE/F. KUGLER, Beschreibung und Geschichte der Schloßkirche zu Qu. nebst Nachrichten über die St. Wipertikirche, Berlin 1838 – J. SPITZMANN/K. WEIGEL, Qu., Qu. 1936.

Series praepositorum (Janicke, Ledebur)

Bruno 1137	Johannes 1300
Godefridus 1147/50	Werner 1305/07
Bruno 1167, 1178?	Gebhard Scherensmed 1307/26
Burkard 1179/87	res.?
Hermann 1188	Berthold 1321? 1323/26
Helenbert 1190	Nikolaus 1329/32
Otto 1196	Jakob 1334/35
Hermann 1200	Johannes 1335/39
Bertold	B . . . 1345
Konrad 1218/28	Jordan 1345/72
Lambert 1263/64	Bernhard 1375/85
Hermann 1265/55	Johann Steinbrügge 1399
Eckard 1267	Herbordus 1403
Friedrich 1268	Henning v. Dietfurt 1422/24
Jakob 1271/84	Heinrich v. Reden 1424/36 <sup>2</sup>
Bertolt 1286/89	Hermann Molitor 1447–
Bertram 1295	Heinrich v. Stenford 1455
Konrad 1299	Jacobus res. ca. 1478 <sup>3</sup>

<sup>2</sup> Rep. Germ. IV 1246, 1253.

<sup>3</sup> Arch. Abb. Strahov, v. DOLISTA 34.

Bernhard Schubuß –1482/83  
dein abbas in Ilfeld  
Johann Mesem –1486  
dein praep. in Arnsberg

Laurentius Yburg 1515  
Lambert Borse 1544/45  
Inseri nequeunt (Ledebur)  
Albert v. Laffede, Heinrich Boygel

RATZEBURG B.M.V. et S. Joannes Evang.

Race-, Ratze-, Ratzen-, Racenborch, -purg, -burg.

Parvum municipium prope Lübeck. Ecclesia cathedralis cum claustro est sita in medio lacus in parva insula, quae pertinet ad provinciam Lauenburg (Schleswig-Holstein). Nunc dioec. Osnabrück.

Ecclesia cathedralis, fundata est anno 1154 ab Henrico Leone Duce. Filia B.M.V. Magdeburgensis. Primus Episcopus, simul et Praepositus, erat Stus. Evermodus, qui sicut et successores, Sancti Isfridus et Ludolphus, Ulricus et Wipertus de Blücher, sanctitate et zelo propagandae fidei eminebat. Canoniam diu fuit celebris propter disciplinam, quae usque ad annum 1300 circiter erat optima.<sup>1</sup> Ineunte vero saeculo XIV vita et paupertas sunt abrogatae.<sup>2</sup> Nontantum canonici, immo et conversi, quorum numerus anno 1308 ad decem est restrictus et qui anno 1372 adhuc administrabant grangias, possederunt proprias domus et pecunias. Parthenon subditus: Rehna. Parochiae capituli cathedrali incorporatae inter annos 1238 et 1422 sunt acquisitae, nempe: Ratzeburg St. Peter, Neustin, St. Georgsberg, Schlagsdorf, Grevesmühlen, Wismar St. Nikolaus, Wismar St. Marien, Wismar St. Georg, Bergedorf, et Schönberg, ubi episcopi habuerunt castrum, in quo saepius residerunt. Usque ad finem saeculi XIV canonici ipsi has parochias administraverunt, anno 1401, de licentia Sanctae Sedis, hoc commissum est sacerdotibus saecularibus. Status personalis: 1162: 13, 1231: 22, 1261: 15; 1300/30: 24/25, 1372: 14, 1504: 14 canonici. Currente saeculo XIV magis magisque praevalebant ignobiles in capitulo. Ecclesiae cathedrali etiam schola erat adiuncta. Officiales in canoniam erant sequentes: Praepositus, qui simul erat

<sup>1</sup> Tamen expressio „carcer ordinis“, quae occurrit apud Hugo II 636, et inde apud varios auctores, aliter explicari debet. Antiquitus delinquentes in Ordine carcere plecti solebant, pluries unumquodque monasterium habuit carcerem huiusmodi, sed in Saxonia existebat carcer communis pro circaria (v. supra apud Gottesgnaden). Probabiliter hoc in casu nil aliud vult dici- non vero signum rigidae austeritatis.

<sup>2</sup> Tamen canonicis non erat permessa cumulatio beneficiorum, id est talium possessio simultanea in aliis ecclesiis cathedralibus vel collegiatis, ut hoc tempore fuit de more.

archidiaconus, prior, qui a saeculo XV erat „ordinarius loci“ et quasi vicarius generalis dioeceseos, thesaurarius, camerarius, scholasticus, infirmarius, structuarius, cantor, succentor, officialis maior (= provisor), et officialis minor.

Saeculis XIV, et praesertim XV paulatim collapsa est disciplina, ita ut canonici habitarent forinsecus in propriis curiis, et officium chori erat commissum aliquibus clericis saecularibus, expresse ad hoc conductis. Anno 1504, tamquam prima ex tribus ecclesiis cathedralibus huius circariae, Ratzeburgensis saecularisata est. Anno 1566 ad protestantismum transit, et anno 1648 omnino suppressa est. Pulchra ecclesia cathedralis, in stylo romano, nunc est lutherana, aedificia claustralia supersunt.

Archivalia: Extant 1400 dipl. 1154/1654, ex quibus 501, et 6 copialia s. XVI/XVIII sunt in StA Schwerin, reliqua in Bundesarchiv Koblenz – LArch Dresden: 2 dipl. s. XVI.

Bibliographia: AASS 17. febr. III 45/50 (de S. Evermodo), 29. mart. III 793/94 (de S. Ludolpho), 15. jun. II 1089 (de S. Isfrido) – Anal. Praem. 1939, 111 f. (STARA) – BRUNNER 750 – DOLISTA Cap. Sax. 154 – EUBEL I 435, II 243 – GOOVAERTS IV 112, 186, 231, 248, 249, 278, – HUGO II 599/601 – JbDG Friedr. I 199, 209, 278, 489, 723 (de S. Evermodo) – JL 10831 – LEPAIGE 436/591 – Lettr. com. Jean XXII cf. ind. – LThK VIII 649 – LIENHARDT Eph. Hag. 52, 59, 94, 147, 158, 172, 191, 274, 333, 335, 355 – MGH Urk. Heinr. I cf. ind. – MUB cf. ind. – PETERSOHN cf. ind. – POTT-HAST 3336, 7602, 7606, 7608, 10154, 10816, 13860/61, 17153, 24876, 24926, 24931, 25268, 25671 – PRESSUTTI 6044 – Reg. Imp. V cf. ind. VI 1, 155, VIII ErgH 6744 – Rep. Germ. II 168, 214, 219, 224, 327, III 9, 76, 77, 172, 235, 272, IV 293, 335, 1026, 1468, 1574, 2704, 2731, 3257, 3627, 3804 – RIEZLER Vat. Akten 905 – SCHMALZ cf. ind. I 315 et II 253 – SIEBMACHER 16 – STEENBERG passim – WAEFELGHEM 205 – WINTER 168/83 – ZAK PAM 14 – IDEM EOP (1928), 182, 183, 185, 297, 298, 302, 305, 309, 310, 408; (1929) 48, 49, 50, 52, 53, 54, 56, 139, 140, 141, 143, 241, 242, 244 – M. v. BAHRENFELDT, Die Münzen des Bistums R (JbVMG 76, 1911, 283/306) – F. BAIX, Un prelat norbertin, Christianus Cobant (Anal. Praem. 1950, 170/75) – H. BERNHÖFT, Das Präm. Domstift R. im Mittelalter. Verfassung, Ständisches, Bildung, Ratzeburg 1932 – N. BERTHEAU, JbVMG 79, 1914, 71/170 – W. v. BÜLOW, Das gotische Kugelkreuz am Südportal des R.er Domes (Lauenburgische Heimat XI, 1935, 25/30) – C. A. ENDLER, Das Ratzeburger Zehentregister (Mittlgn. d. Heimatb. f. d. Fsm. Ratzeburg XIV, 1932, 50/55; XV, 1933, 14/15) – H. D. GROSS, Dom und Domhof in R. (Die Blauen Bücher Königstein 1974) – P. HASSE, Schleswig-Holsteinische Regesten und Urkunden 4 Bde., Hamburg/Kiel 1886/1924, cf. indd. – R. HAUPT, Die Kirchen im Lande R. (Mecklenburg. Monatshefte VI, 1930, 284/87) – L. HELLWIG, Entstehung des Bms. R. und seine Entwicklung bis zum J. 1179 (JbVMG 1906, 291/319) – IDEM, Chronik der Stadt R. 2. Aufl. R. 1929 – IDEM, Das Zehentregister des Bistums R. (JbVMG 1904, 291/350) – IDEM, Das Benediktinerkloster<sup>3</sup> und die ersten 125 Jahre des Bistums und Präm. Domkapitels in R. (Archiv d. Vereins f. d. Gesch. des Hzms. Lauenburg N.F. VII Heft 2, 1903) – Kunst und Geschichtsdenk-

<sup>3</sup> Vix est probabile, hoc monasterium O.S.B. umquam extitisse.

mähler des Freistaates Mecklenburg-Strelitz II, Das Land Ratzeburg, Neubrandenburg 1934 – K. JORDAN, Die Bistumsgründungen Heinrichs des Löwen. Untersuchungen zur Geschichte der ostdeutschen Kolonisation (Schriften des Reichsinstitutes f. ältere deutsche Geschichtskunde 3, Leipzig 1939, XII) – IDEM, Heinrich der Löwe und die deutsche Ostkolonisation (Deutsches Arch. f. Landes- und Volksforschung II 1938, 784/99) – IDEM, Heinrich der Löwe, München 1979 – J. KÜHLE, Geschichte des Bisthums R. II, Der Bischof Evermod, Rostock 1876 – F. LAMMERT, Lauenburgische Geschichte, Ratzeburg 1932 – U.F. MANECKE, Topograph. Histor. Beschreibung der Städte, Ämter . . . des Hzms. Lauenburg, des Fsm.s Ratzeburg . . . ed. W. DÜHRSEN, Mölln 1884 – G. MASCH, Geschichte des Bms. Ratzeburg, Lübeck 1835 – J.H. NEUENDORFF, Die Stiftsländer des ehemal. Bms. Ratzeburg, Rostock 1832 – v. NOTZ, Der Dom zu R., R. 1932 – Fr. SCHMIDT, Die Domschule zu R., Schönberg 1928 – H. SCHREIBER, Der Dom zu R. Acht Jahrhunderte 1154–1954, R. 1954 – J. STOPPEL, Die Entwicklung der Landesherrlichkeit der Bischöfe von R. bis zum Ausgang des 14. Jahrh. (Mecklenb. Strelitzer Geschichtsbl. III 1927, – N. VIERECK, Geschichte der Bischöfe Petrus, Ludolph und Friedrich von R. (1235/57) Rostock 1880 – E.J. v. WESTPHALEN, Diplomatarium Raceburgense (Monumenta inedita Rerum Germanicarum, praecipue Cimbricarum et Megapolensium (Lipsiae 1739/45) II col. 1983 – N. WITTE, Zur Vorgeschichte der Umwandlung des Ratzeburger Domkapitels in ein weltliches Stift, in Mitgl. des Alterthumsver. f. d. Fsm. R. II 2. Mai 1920 –MGH SS XIII 346/47: Series episcoporum usque ad an. 1335.

Series episcoporum (Masch. Kunstdenkm., MUB)

Omnes praeter Wipertum († 1367) erant ex ordine, et omnes praeter S. Isfridum canonicè electi e capitulo.

S. Evermodus 1154–78	Otto v. Gronow 1355–56
S. Isfridus 1178–1204	Wipert v. Blücher 1356–67
Philipp 1204–15	Heinrich v. Wittorp 1368–84
Heinrich 1215–28?	Gerhard v. Holtorp 1385–95
Lambertus † 1228	Detlev v. Parkentin 1395–1419
Gottschalk 1229–35	Johannes v. Trempe 1419–31
Petrus 1236	Pardamus v. d. Knesebeck 1431–40
S. Ludolph 1236–51	Johannes Proel 1440–54
Friedrich 1252–57	Johannes Preen 1454–61
Ulrich v. Blücher 1257–84	Ludolph Roseburg 1461–66
Konrad 1284–91	Johannes Stalkoper 1466–79
Hermann v. Blücher 1291–1309	Johannes v. Parkentin 1479–1511
Marquard v. Jesow 1309–35	Ultimi tres episcopi (1511–66) non fuerunt ex ordine.
Volrad v. d. Dorne 1335–55	

REHNA B.M.V. et St. Elisabeth

Rene

Municipium inter Schöneberg et Gadebusch, Mecklenburg-Schwerin. Dioec. Ratzeburg, nunc Osnabrück.

Parthenon unicus in circaria, qui permansit, fundatus inter annos 1230 et 36 a canonico quodam Ernesto, qui fuit forsitan Ord. Praem., et Sto. Ludolpho episcopo Raceburgensi, pro monialibus OSB.<sup>1</sup> Anno 1237 confirmatio pontificia pro hoc ordine. Ineunte saeculo XIV moniales transierunt ad ordinem Praemonstratensem, anno 1319 primo authentice ut tales occurrunt. Iam anno 1312 obtinuerunt altum iudicium. Asceterium erat locuples, et possedit patronatus in ecclesias sequentes: Vietlübke, Grambow, Lübsee, Wedendorf, et Rehna. Praepositus, quem libere eligendi jus habuerunt moniales, erat archidiaconus, cui erant subditae, praeter vix allatas, ecclesiae in civitate Wismar et multae aliae. Primo nobilitas praevalet, immo intraverunt ducissae Mecklenburgenses, postremo vero et filiae patriciorum civium. Anno 1325 adhuc habebatur ut asceterium Ord. Praem, quod „per sacerdotes clericos (id est, saeculares) solet gubernari“.<sup>2</sup> Sed an. 1385 ibi fuerunt canonici et conversi ordinis, ad quem an. 1400 certe adhuc pertinuit. Cui vero saeculo sequenti paulatim est alienatum. Vestes nigrae albis sunt substitutae, et moniales erant, ut saepius, coram Sta. Sede Ord. Sti. Benedicti, de facto vero canonissae saeculares. Per reformationem Joannis Busch medio saec. XV denuo ab ordine visitabatur, sed ab an. 1472 cessavit omnis connexus cum illo. Anno 1552 suppressum est, ecclesia inter annos 1230 et 1250 constructa, facta est parochialis protestantium, in monasterio cum pulchro claustro et capitulo sunt varia officia publica.

Archivalia: Extant 217 dipl. 1236/1566, matricula an. 1566 et diplomatarium in StA Schwerin.

Bibliographia: Anal. Praem. 1939, 112 (STARA) – DOLISTA Cap Sax 155 – HUGO Ann. II 635 – MUB Nr. 453, 467, 471, 575, 1193, 1870, 3150, 3153, 3381, 3398, 3542, 4193, 5420, 7793, 8058, 8736, 8746, 10590 – RegImp V 10462 – SCHMALZ I 216 – WAEFELGHEM 205 – ZAK PAM – J. BELTZ, Kloster R. und seine Mühlen (Gadebusch-Rehnaer Zeitung LV 1934, Nr. 196) – G.C.F. LISCH, Die Klosterkirche von R. (JbVMG X 1845, 180/82, XV 1850, 287/305, XX 1855, 333/57, XLII 1878, 153/57) – Cf. ibidem V 214/18, VII B 62/71 – H.L. NICKEL, Mittelalterliche Wandmalerei in der DDR, Leipzig 1979, 274f. – N. PRESS, R. in Mecklenburg R. 1933 – IDEM, Ge-

<sup>1</sup> Fundatores non ausi sunt, hanc domum incorporare ordini suo proprio, noverunt enim, huiusmodi non esse ad mentem circariae, saltem suo tempore. Certe fundatio non facta est pro ordine Cisterciensi, ut autumat SCHREIBER 73.

<sup>2</sup> Lettr. com. Jean XXII 23615.

heimnisse und Rätsel um Altar und Kirche in R. (Heimatkalender f. d. mecklenburg. Kreis Schönberg, 1937, 118/20) – N. SCHLIE, Kunst- u. Geschichtsdenkmäler Mecklenburg-Schwerins, II 423/46 – P.J. SCHLOPSNIES, Das mecklenburgische Dorf R. und seine Kirche als Anlagen ostdeutscher Kolonisation in spätromanischer Zeit, Diss. Dresden 1958 – H. SCHREIBER, R. als Dorf, Kloster und Stadt, R. 1903.

Praepositi (SCHREIBER, MUB) probabiliter nullus eorum erat ex ordine

Ernst(?) 1236/40	Marquard Bermann 1353/74
Eckhard 1244/51	Erich Schwarz 1376/89
Konrad 1255/63	Hermann Samyt 1396/1413
Heinrich 1266/71	Johann Mölenknecht 1422/23
Herrmann 1275/1307, † 1312	Johann Wendland 1430
Heinrich v. Dassow 1310/18	Petrus Richards 1439/40
Johann v. Lübeck 1316, † 1321	Andreas Stallknecht 1441/48
Johann Geier 1322/34	Inseri nequit:
Werner Naudin 1341/46	Johann Basse 13 . . .
Arnold 1346/48	

Priorissae (ibidem)

Elisabeth 1261	Alburg 1343/48
Mechthild 1307	(= Abele 1348?)
Margareta 1310/12	Elisabeth 1354/56
Gertrudis I 1313	Margaretha v. Both 1367
Adelheid v. Bülow I 1318/24	Bertradis 1368/78
Gertrud II 1325/30	Berta v. Küle 1387/90
Adelheid II 1341	Sophie v. Ritzerow 1398/1400

STADE St. Georgius

Stada, Stadium, Statha, Sankt Jürgen tho Stade.

Civitas prope Hamburg, Prov. Hannover, Dioc. Bremen, nunc Hildesheim. Vitetur confusio cum abbatia Sti. Joannis in eadem civitate, quae erat O.S.B.

Praepositura fundata anno 1132 a Rudolfo II. comite Stadensi, et matre eius Ricarda. Filia B.M.V. Magdeburgensis, vel Gratiae Dei. Hartwicus, fundator canoniae Jerichoviensis, qui deinde archiepiscopus Bremensis est factus, hac in canonia sepultus erat. Omnes ecclesiae parochiales in civitate praeter unam erant ei incorporatae: nempe Sti. Willehadi, et SS. Cosmae et Damiani. Alias non habuit. Circa annum 1300 fundavit scholam florentem.

Videtur fuisse arcta in relatione cum Neerlandia, unde venit semper pars religiosorum eius. Praepositi erant infulati.

Paulo post annum 1527 religio catholica est abolita in civitate, et pars communitatis Sti. Georgii erat de ferventissimis asseclis lutheranismi. Monasterium factum est deinde „Schola Sti. Georgii“. Annis 1628/32 restauratum est tamquam residentia commissa abbati de Scheda. Ecclesia, quae erat gothica, iam anno 1570 erat collapsa et partim destructa, sed anno 1659 pro mercatoribus anglis, in civitate commorantibus, est restaurata. Quibus profectis omnino collapsa est, et anno 1698 solo fuit aequata. Nuper fundamenta eius sunt detecta. Aedes claustrales anno 1768 igne combustae sunt, et loco earum novum gymnasium est erectum, ideo de de antiqua canonica in lapidis quidem subsistit.

Archivalia: StA Hannover 45 dipl. 1207/1565.

Bibliographia: APont Dan III 2431 – AUVRAY 4166, 4178 – DOLISTA Cap. Sax. 156 – GABRIEL 9 – HHSD II 374 – HOOGEWEG Nieders. 119 – HUGO I 725, prob. 591/92 – Lettr. com. Jean XXII 26 554, 30932, 44 924, 51 884, 57 509 – LThK IX 762 – MITHOFF V 102 – MGH SS XX 688 – POTTHAST 26 213 – Reichsreg. Karls V 3035, 6503 – Rep. Germ. IV 646, 1000, 1014, 1215, 2616, 2639, 2768, 2982, 3024, 3135 – RIEZLER Vat. Akten 1083, 2068 – WAEFELGHEM 225, 380 – WINTER 4 – ZAK PAm – M. BAHRFELDT, Versuch einer Geschichte der Stadt St., Stade 1869, 86 ff. – A. DE LA CHAUX, Der Besitz des St. Georgsklosters um die Mitte des 14. Jahrhs., Stade 1929, 61/74 – N. JOBELMANN, Geschichte der Stadt St. Stade 1897, 86 ff. – KRAUS, Der letzte Convent zu St. Georg in Stade. Aus dem Verzeichnis der Bremischen St. Antoniusgilde, in: Stad. Arch. I (1862) S. 147/58 – IDEM, Die Pröpste von St. Georg in Stade, ibidem II (1864) 177 ff. – IDEM, Nachträge zu den Pröpsten von St. Georg in Stade und von Himmelpforten, und den Äbtissinnen von Lilienthal, ibidem II (1864) S. 152/82 – IDEM, Drei Urkunden zur Geschichte des Georgsklosters und des Zevener Hofes zu Stade, ibidem III (1869) S. 263/69 – J. M. LAPPENBERG, Hamburger Urkundenbuch (Hambg. 1842/1911), I S. 155 – J. LUNECKE, Die Reformation der Stadt Stade, im „Vaterländ. Archiv“ 1842. S. 51 – O. H. MAY, Regesten der Erzbischöfe von Bremen, Hannover 1937, Nr. 776, 830, 926, 1066, 1172, 1198, 1325. Cf. indicem p. 461 – W. MEYNE, Stader Holzplastiken des 51. Jahr. 1931 – G. MÖHLMANN, Regesten der Erzbischöfe von Bremen II, Hannover 1955, Nr. 58, 59, 74, 82, 85, 89, 122, 123, 143, cf. ind. 77 – R. OSTERWOLD, Vom Werden und Wirken der Prämonstratenserklöster in Norddeutschland, auch in Stade (Mitteilungen des Stader Geschichts- u. Heimatvereins XXXIII 1958, 67/92) – N. PRATJE, Die Herzogtümer Bremen und Verden VI 59 ff. – N. ROTERMUND im Neuen Vaterländ. Arch. 1829, 204/05 – H. SUDENDORF, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg, Hannover 1859/83, I 8, II 324 – W. WITTPENNING, Heimatkunde von Stade Bremen 1909 – H. WOHLTMANN, Stade und sein Gymnasium (continet ab eodem: Das Stader Gymnasium im Wandel der Zeiten, et articulum A. DE LA CHAUX ut supra. Stade 1929 – IDEM, Vergangenheit und Gegenwart in Stade, 1. Aufl. Stade 1928, 2. Aufl. 1948. Cf. recensionem in Anal. Praem. 1949, 111/13. –

Series praepositorum (Kraus)

Alebrand 1° 1220/21	(idem ac praecedens?)
Folkward 1225	Johann Seebeck 1433
Alebrand 2° 1226	Heinrich v. Helvensen 1464/69
Gerhard 1238/58	Johann de Validis 1474/88
Heinrich 1269/72	Hermann Steffens 1495
Ludolf 1284/98	Peter Steinwigk 1502/09
Nikolaus Sand (de arena) 1315/40	Heinrich v. Utrecht 1517
Willekin 1347/79	Heinrich Meier 1533
Johann 1388/97	Jakob v. Utrecht 1541/43
Johann Preen 1426	

THEMENITZ

Dioc. Brandenburgensis (secundum omnes antiquos catalogos), Havelbergensis (sec. Wentz).

De hac praepositura, scimus tantum, eam saeculo XIII extitisse, et secus nihil. Citatur in omnibus catalogis saeculi XIII et XIV, in quibus circaria Saxoniae adducitur. Memoratur in diplomatibus annorum 1224, 1293 et 1295. Hoc anno 1295 in indice canoniatarum, quae ad expensas pro itinere ad capitulum Generale contribuunt, desideratur tamen, nec invenitur in indice „ecclesiarum exemptarum“ eiusdem temporis. Citatio eius in diplomate anno 1424 videtur esse copia privilegii longe anterioris.

Videtur ergo fuisse domus satis tenuis, quae currente saeculo XIV probabiliter interiiit. Situs eius usquedum definiri non potuit.

Afferunt auctores varias hypotheses ad solutionem huius problematis:

1. Temnitz erat vicus quidam, seu suburbium, vel saltem via civitatis Brandenburgensis, ubi et conventus Fratrum Praedicatorum situs erat (JbHVBr. XXXII/III, 1901, p. 97).<sup>1</sup> Si hoc probari potest, haec canonia est quasi praecursor praepositurae B.M.V. in Harlungerberg, saeculo XV fundatae. Tunc fuit probabiliter, sicut et illa, filia ecclesia cathedralis Brandenburgensis. Quidquid sit, de mera translatione canonicae Themenitz in Montem Harlungi certe loqui nequimus.

2. Loca sequentia, similis nominis, exstant in Saxonia:

Temnitz prope Rossow auf der Lize (MUB IV, Index) -Domenitze, eccle-

<sup>1</sup> Confer ad hanc hypothesim Bormann/Hertel (v. Supra ap Magdeburg) p. 72 et G. Sello in 22. Jahresber. des Altmärk. Vereins zu Salzwedel, 1888, p. 32.

sia parochialis in dioecesi Ratzeburgensi, -regio fluminis Dömnitz in der Priegnitz (Hauck IV 5 1025, Wentz, Übersichtskarte 17). Sed haec loca non sunt intra fines dioeceseos Brandenburgensis, ad quam pertinuisse, in fide antiquorum catalogorum, est probabilius, nisi forte excavationes in hisce locis rem possent elucidare.

Bibliographia: BACKMUND, Neuere Forschungen 77/78 – DOLISTA Cap. Sax. 72 – Germ. Sacra Brandenb. I 2, 247 – HUGO II 949 – MUB III 2343 – WAEFELGHEM 241 – ZAK PAM 46

## DUBIA

### HILWARTSHAUSEN B.M.V. et St. Stephanus

In districtu Einbeck ad Visurgim, Hannover, Dioc. Mainz, nunc Hildesheim. Canonica sanctimonialium, ut videtur, saecularium, fundata anno 1000 vel ante. Circa annum 1140 mutata est in monasterium duplex ordinis canonicorum Ord. Sti. Augustini, et tentamen tunc est factum introducendi in eo disciplinam Praemonstratensem. Hic conatus factus est a superioribus ecclesiasticis. Probabiliter eo consilio, ut canonicam usquedum saecularem arctius regulae Sti. Augustini jungerent. Unicum quidem testimonium authenticum huius rei est factum, quod anno 1150 de rogatu abbatis generalis Praemonstratensis Conradus praepositus de Hilwartshausen est amotus, et Bertrandus praepositus de Fredelsloh illi substituitur.

Aliis verbis: archiepiscopus Moguntinus, convictus Conradum munere suo male fungi, despositionem eius apud Curiam Romanam machinatus est, et illa approbante, et abbate Praemonstratensi petente, regimen coenobii commisit Bertrando praeposito de Fredelsloh. Quod Eugenius PP. III confirmavit, simul statuens „ut ordo Beati Augustini perpetuis ibi temporibus inviolabiliter servetur“ (JL 9717).

Res est paulum ambigua. Abbatem quendam generalem negotiis alicuius monasterii valde remoti neque ordini eius de jure aggregati se immiscere verisimile non est. Eum vero statuere, ut canonicae cuidam sui ordinis superior ex alio ordine imponatur, adhuc minus credibile dici potest.

Neque enim argumenta exstant authentica – nisi historiam supra allatam ut tale habeamus – quae probarent, canonicam Fredelsloh umquam fuisse secutam normam et consuetudinem Praemonstratensium. Atqui mirum quoque nobis videtur, hanc demissionem praepositi de Hilwartshausen fuisse peractam „de rogatu“ abbatis generalis. Si iurisdictio illius in has canonicas fuisset plena, profecto absque dubio iussisset.

Me iudice res inde tantummodo intelligi potest: quod, medio saeculo XII

discrimen inter utrumque ordinem, quorum junior est reformatio senioris, nondum tali modo fuerit exaratum, probabiliter nostro in casu transgressus canoniae Hilwartshausen (forsan etiam illius de Fredelsloh) ad ordinem Praemonstratensem vel a zeloso quodam superiore intentus, vel ab auctoritate altiore fuerat jussus vel commendatus, sed a resistentia sanctimonialium erat impeditus<sup>1</sup>. Probabiliter praesertim Conradus praepositus aggregationi commendatae restitit, et abbas generalis animum promptiorem sibi exspectabat in persona praepositi Bertrandi.

Quidquid sit, tentamen frustratum est, et ambo canoniae ordini suo Augustiniano manserunt fideles, et floruerunt in illo usque ad saeculum XVI.

Archivalia: Staatsarch. Hannover.

Literatura: Fontes ordinis nesciunt. – W. BERNHARDI, Konrad III (Jahrbuch d. Deutschen Geschichte) Leipzig 1883, I 280 – BRENNEKE, Geschichte des hannoverschen Klosterfonds, Hann. 1929, S. 44/45. – HOOGEWEG Nieders. 67 – JL 9717.

## PRAETERMISSA

### ABBIO

Secundum Hugo I 121 filia de Tumetolph, Circaria Saxonia. Revera idem est quam Vā in Circaria Daniae, quod de facto fuit filia de Tumetolph-Tommarp, et quod in antiquis catalogis (v. g. Ninivensi) etiam Auue nuncupatur. Cf. Backmund, Circaria Daniae et Norvegiae, in Anal. Praem, 1948, p. 110.

### ALTSTRELITZ

Mecklenburg, dioc. Havelberg. Secundum Grote p. 14, anno 1366 fuit ecclesia cathedralis simul et collegiata (sic! „Domcollegiatstift“) ordinis Praemonstratensis. Reapse semper erat ecclesia collegiata, cf. G. S. Havelberg p. 255.

### GLORIADEI

„Sive Lorf“, secundum Hugo I 745 canonica, filia de Gottesgnaden. Quem sequuntur Waefelghem 97 et alii. Revera numquam extitit, videtur esse „saga“, vel fabula vulgaris (G. S. I 3, Leitzkau)

<sup>1</sup> Habemus in historia ordinis casum analogum in Zyfflich de quo vide supra apud circariam Westfaliae.

#### IMBRIA

Secundum Lairuelz p. 419 quem sequitur Hugo I 873, et catalogum Scheftlariensem fuit ecclesia cathedralis in Saxonia. Lairuelz addit „in dioecesi Chominensi“. Quam contradictionem iam reprehendit Waefelghem p. 124. Nunquam existebat talis ecclesia. Forsan est traductio litteralis pro „Regenensis ecclesia“ (= Riga). Germanice enim Regen idem est ac imbria. Tale quid, nobis potius iocum sapiens, saepius evenit medio aevo.

#### LEBUS

Mark Brandenburg, ad flumen Oder, prope Frankfurt. Secundum GOOVAERTS IV, 141/44 erat O. Praem. Revera fuit Capitulum Cathedrale Saeculare, cf. GROTE 297. Abbatia Lubensis, de qua loquitur idem Goovaerts l. c. est abbatia Leubus O. Cist. prope Breslau. Lubensis etiam potest esse confusio cum Lubena = Imbramowice in Polonia (Cat. Averbodiensis).

#### LINDOW

Prope Ruppin, Dioc. Havelberg, nunc Berlin, Prov. Brandenburg. Samuel Lentz historicus parum fide dignus, in libro suo „Diplomatische Fortsetzung . . . von Fr. Lucae Graffen Saal“ (Halle 1751) p. 124 primus et unicus praetendit hoc asceterium fuisse O. Praem, absque ulla probatione. Eum secuti sunt, omittentes criticam inquisitionem, auctores quam plures usque hodie. Revera fuerunt ibi canonissae saeculares, quae, cum haec species apud Sanctam Sedem minus esset grata, se coram illa „moniales Sti. Benedicti“ esse praetenderunt. Ab unico tantum diplomate hoc probatur quidem, et rationes quas adducit Wentz in G. S. Havelberg 287 sq., quod de jure Lindow fuisset O. Cist, videntur mihi minus probabiles.

Lindow fundatum est inter annos 1230 et 40, et suppressum anno 1552.

Literatura: RIEDEL CDBr IV 439 – WAEFELGHEM 151 – ZAK PAM 46 – Cf. BACKMUND, Neuere Forschungen p. 78 – W. NEUMANN, Die Klöster Zehdenick und Lindow, 1935.

#### LINOMA

Secundum Lairuelz p. 419 et catalogum Scheftlariensem ecclesia cathedralis in Saxonia. Reapse est falsa lectio pro „Riga in LIUNIA ecclesia cathedralis“,

quod ex catalogo Windbergensi clare apparet. Gothicis enim litteris Liunia et Linoma sunt simillima, et hoc in casu aliquis copiator elenchi, geographiae penitus ignarus, Livoniam loco Rigae habuit pro ecclesia cathedrali.

#### LÜBECK

Ecclesia cathedralis in Germania, mari Baltico adiacens. Secundum Hugo II 85 fuit O. Praem, quod vero habet a Lairuelio tantum, apud quem (p. 419) sicut in catalogo Scheftlariensi (Lubich) ut ecclesia cathedralis ordinis citatur. Goovaerts IV 141 hac de re theorias omnino devias exponit. Revera Lübeck numquam fuit capitulum regulare (LTK VI 668). Probabiliter est falsa lectio pro Liezeke (Leitzkau), vel etiam pro Livonia, de quo vide supra sub praecedenti, vel pro Lubena = Imbramowice.

#### MIDLUM-NEUENWALDE

Asceterium in terra Wursten, Prov. Hannover, Dioc. Bremen, nunc Osnabrück. Fundatum anno 1219 in Midlum, et quidem, ut apparet ex instrumento foundationis, pro monialibus OSB. (cf. Rüter, Urkundenbuch des Klosters Neuenwalde, 1905) Alii, ut Zeppenfeldt in Vaterl. Arch. 1825 II 233 ff., et Mithoff V p. 14, 66 et 70, loquuntur de parthenone Cisterciensi pro anno 1223 (?), quod vero a Rüter disputatur. Nullum omnino diploma probat hunc parthenonem umquam pertinuisse ad ordinem nostrum, cui primo attribuit eum Hoogeweg, (Niedersachsen p. 16) et quod absque critica transsumpsit ab eo Metzler in LTK VII 501.

Anno 1282 translatum est in Wolde (Neuenwalde), et postremo fuit canonicissimum saecularium. Cf. Backmund, Neuere Forschungen 74.

#### MILDENSEE

In parochia Pötnitz, Anhalt, Dioc. Halberstadt. Brunner, et Zak, et illos sequens Waefelghem p. 167 hanc ecclesiam vindicant ordini nostro. Reapse, ut probavimus in articulo „Neuere Forschungen“ in Anal. Praem. XV (1939) p. 74/75 ab initio erat collegiata, ante annum 1200 ab abbacia Nienburg O.S.B. fundata. Praepositus eius erat semper canonicus ecclesiae cathedralis Magdeburgensis, et archidiaconus. Retento nomine Mildensee haec collegiata anno 1233 translata est ad ecclesiam Sti. Viti in Nienburg.

Fundatio huius ecclesiae collegiatae videtur esse compositio in processu

quodam de iurisdictione inter capitulum cathedrale Magdeburgense et abbatiam imperialem Nienburgensem. Praepositi de Mildensee, tamquam „canonici Magdeburgenses“ saepius occurrunt inter testes ad calcem diplomatum, una cum praepositis ordinis (de Leitzkau, B.M.V. Magdeburgensi et Kölbick), ita ut apparere posset, eos fuisse Praemonstratenses de conventu B.M.V. Magdeburgensis. Inde erronea attributio auctorum supradictorum.

Bibliographia: BACKMUND *Neuere Forschungen* 74 – N. STENZEL, *Wanderungen durch die Kirchen Anhalts im Mittelalter* (MVAGA 1883 III 423) – IDEM, *Der Konvent Mildensee*, ibidem 1893.

#### NIENBURG St. Vitus

Anhalt, prope Bernburg. Dioc. Halberstadt. Ecclesia collegiata, eo translata e Mildensee, de quo vide supra. Waefelghem p. 179 eam expresse adducit, confundendo eam cum abbatia imperiali B.M.V. in eodem loco, quae fuit tamen O.S.B. (Cf. LZK VII 559).

#### OLDENBURG

Multi errores orti sunt hac de re ex falsa lectione antiquorum catalogorum. Est quidem oppidum huius nominis prope Lübeck, ubi primo fuerat sedes episcoporum Lubecensium, sed numquam habuit aliquid commune cum ordine nostro. Indicibus bene comparatis, potius credimus Aldenberg, quod revera apud Lairuelium p. 419 et in catalogo Scheftlariensi (Alberberch) adducitur inter cathedrales ecclesias ordinis in Saxonia, esse corruptelam pro Havelberg, eo magis, quod illa in Scheftlariensi catalogo desideratur. „Oldenburg, moniales, filia B.M.V. Magdeburgensis“, quod adducit catalogus Lepaige et post illum Hugo II 437, et Waefelghem 185, est aperta confusio cum asceterio Altenberg in circaria Westfaliae. Probabiliter copiator quidam, mirans de Aldenberg-Alberberch filia B.M.V. Magdeburgensis, quam loco Havelbergae invenerat in aliquo indice, sciens alicubi exstare asceterium huius nominis, apposuit inter Altenberg et „filia B.M.V.“ etc. verbum „moniales“, quam interpolationem tertius copiator absque critica transsumpsit.

#### RILZMADUM

Apud LAIRUELZ 419 est una ex illis mysticis ecclesiis cathedralibus Saxoniae. Iam HUGO II 673 rogat de illa: „Ubi gentium?“ In Catalogis occurrit tam-

quam Ritzmadu (S), Riczmandu (V) et Riczmadw (Osterhofiensis). Censensus hoc esse nil aliud nisi falsa lectio pro Ratzeburg.

#### WEIDA

Secundum Hugo II 1161, Waefelghem 318 (sequentes catalogum Lepaige) haec esset canonia in dioecesi Brandenburgensi. Revera est municipium in Thuringia, in dioecesi Naumburgensi, juxta quod sita erat canonia Mildenfurt, quae saepius etiam „Weida, Wida“ appellabatur.

